



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

§. IV. Humilitatis laus & exercitatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

FARRA-  
GO UTI-  
LISS. IN-  
SIII.

Nihil ul-  
eifci.

Non con-  
tendere:

Nec sin-  
gularita-  
ter qua-  
rere aut  
sectari;  
sed omni-  
bus bene  
velle &  
benefa-  
cere.

12.  
Omni  
privato  
& singu-  
lari amo-  
ri; aut af-  
fectu  
a quem-  
cumq; re-  
gnant. a.

ni, neminem decipias, nec ranco-  
rem ullum retineas. Dilige ho-  
minem etiam peccatorem, sed e-  
jus peccata odio prosequere. Si  
inimicos odisti, perditus es, quia  
extra charitatem vivis. Quidquid  
à quovis patiaris, feras equanimi-  
ter, & neque foris neque iatus,  
nec verbis nec factis, nec vo-  
luntate te ulciscaris: & vivet  
in te spiritus Domini JESU &  
omnium Sanctorum ejus, qui et-  
iam hostes suos ad mortem usq;  
complexi sunt. Igitur ei qui te læ-  
fit, jucundum & amicabilem vul-  
tum exhibe. Sis mitis & beni-  
gnus, neque pro ulla re facile con-  
tendas aut decertes, sed potius  
vinci ac superari te patiaris: ma-  
gisque velis virtutem servare in-  
columem, quam retinere super-  
biam, contentionem, ac propriam  
voluntatem. Inter pios confoda-  
les positus, non singularis sed co-  
munis sis, & moderatè hilaris.  
Præbe te fidum, favorabilem &  
paratum, prodesseque coneris  
singulis quibusque tuam deside-  
rantibus, operam illaq; indigen-  
tibus. Habe semper piam compas-  
sionem, & miserationem erga  
omnium ærumnas & necessitates,  
tam spirituales quam corporales.

Esto communis singulis qui-  
busque, non autem speciatim cui-  
piam te devincias: ita enim fiet,  
ut nullo immoderato mœrore cõ-  
turberis si moriatur amicus, aut  
te contempto vel posthabito, a-  
lium eligat. Ut igitur spiritus  
libertatem & veram inter te &

Deum amoris exercitationem  
servare, ac tui potens manere pos-  
sis, dede te totum Deo, nec alicui  
te obstringas qui te ab illo possit  
retrahere: aut cui ipse cum amore  
& delectatione adhæreas, vel qui  
tibi adhærescat. Nullius, inquam,  
singularem expetas amicitiam,  
sed Deo contentus esto. Amore &  
intentione Deum prosequere su-  
pra omnia quæ ab eo condita  
sunt. Ama eum purè propter eum  
ad æternam ipsius honorem, non  
autem præmii causâ, neque ob  
cõmodum, aut gustum, aut con-  
solationem: vera enim *charitas nõ*  
*querit quæ suæ sunt.* Immensæ Dei  
bonitati ac pietati confide: nec  
scire aut perscrutari velis, quid  
de te Deus acturus sit: sed te totum  
illi resigna. Nec cuiquam nisi ipsi  
soli vel vivere vel placere appet-  
tas aut coneris. Te ipsum verò &  
mortales omnes hac intentione  
ama, ut quibuscumque potes mo-  
diseos ad Deum adducas. Elige  
Christum in gloriosum animæ  
tuæ sponsum, eumque excrucia-  
tum & vulneribus cõfectum cor-  
di tuo imprime.

#### §. IV.

##### *Humilitatis laus & exercitatio.*

1. Actus Humilitatis semper exercendi.
2. Maximè enim preparant animam influen-  
tibus divinis.
3. Eius ergo amore, officia infima libenter am-  
plètere.
4. Consistit autem humilitas in vera agnitione  
suæ indignitatis, & reverentia divinae majestatis.
5. Innocentia patientia humilitatis est propria.
6. Descriptio humilitatis ex actibus illius sum-  
pta.
7. Prompta obedientia humilitatis filia optima.

8. Humi-

FARRAGO URSI-  
LISS. IN-  
STIT.

8. *Humilitas omnium vitiorum victrix glorio-  
sa.*  
9. *Perè humilis erga seipsum est rigidus, erga  
alios benignus.*  
10. *Gaudet rebus adversis, indignum sese judi-  
cat prosperis.*

1. *Humili-  
tas & e-  
jus varii  
actus. Ne-  
mini se  
præfert,*

**S**is, quæso, parvulus & humi-  
lis, atque inimum submissus  
coram sublimi potentia & maje-  
state Patris æterni. Numquam a-  
licui te præferas, sed omnes te  
meliores arbitrare. Opera vel ex-  
ercitia tua nequaquam æstimes  
digniora aliorum operibus atque  
exercitiis; sed despice ac nihili  
pende teipsum & omnes actus tuos.  
Putas alios plus efficere innocenti  
cogitatione, quam ipse efficias  
cunctis exercitiis tuis. In eisdem  
verò tuis exercitiis, & in omnibus  
quæ ex amore sive agis sive omit-  
tis, non dulcedinem, non mercede-  
dem, nec quidquam nisi solum  
Deum petas vel exigas. Si con-  
solationem divinitus percepisti,  
non inde vanè glorieris, nec tibi  
placeas: sed humili & grato ani-  
mo gratiam Dei recipiens, judica  
te indignum omnibus Dei donis.  
Nec in illis quiescas, aut propriam  
voluptatem quæras, non illa tibi  
usurpes vel attribuas, sed ea inte-  
grè in Deum refunde: neque enim  
aliquid ex teipso habes, nisi vitia  
& peccata. Si Dominus auferret  
à te gratiam suam, esses nimirum  
omnium hominum pessimus atque  
sceleratissimus. † Sanè ex Dei  
bonitate quæ te à ruina præfer-

*Omni-  
bus  
se postpo-  
nit,*

*Non qua-  
ritur de  
donis Dei*

*Gratiam  
Dei ag-  
noscit in  
omnibus.*

vat, & ex virtutibus quas tibi  
confert, præclariorem humiliandi  
te causam invenis (si solerter  
attendere velis) quam inveniat  
is, qui lapsus veniam atque in-  
dulgentiam à Deo obtinuit. Nam  
& intemerata Dei Genitrix Vir-  
go Maria, cum ab omni peccato  
sit præservata, majorem humili-  
tatis rationem habet, quam beata  
Maria Madgalena, quæ divina  
bonitate à peccatis fuit liberata.  
Majus enim beneficium est ali-  
quem à vulneribus servare illæ-  
sum, quam eum post inflicta vul-  
nera curare.

2. *Humili-  
tas ani-  
mam Deo  
preparat,  
& divi-  
ni splen-  
doris  
per com-  
paratio-  
nem val-  
lis & son-  
tus.*

Sole summum cæli verticem  
obtinente, si qua vallis profunda  
sit, ipsa à sole eximè illustratur  
& ferax redditur. Eadem ratio-  
ne, dum vir bonus in imo suæ re-  
sident parvitas, agnoscitque se  
nec esse, nec habere, nec posse  
quidquam suis viribus, nec etiam  
perseverare, nec progredi in vir-  
tutibus, sæpiusque in virtutibus  
ac bonis operibus sese deficere &  
multa negligere sentit: intelligens  
hinc paupertatem & necessitatem  
seu indigentiam suam, vallis se efficit  
humilitatis. Et quia humilis est,  
& suam inopiam agnoscit, atque  
hanc divinæ bonitati & miseri-  
cordiæ pia cum querimonia ex-  
plicat ostenditque, interim &  
divinam celsitudinem & suam at-  
tendens parvitas, nimirum  
vallis profunda est. Christus ve-  
rò Sol justitiæ in supremo cæli  
vertice, hoc est, ad Patris sui dex-

FARRA-  
GO UTI-  
LISS. IN-  
SIT.

teram constitutus, in hujusmodi humilis cordis fundum suos mittit radios atque splendorem, quibus illud fertile admodum reddit. Neque enim potest Dominus Jesus non moveri misericordiam, quoties cum humilitate pro ipsi offerimus querimonias ac preces.

3.  
Officia  
infima  
& con-  
tempribi-  
lia liben-  
ter susci-  
pit, ex-  
emplo  
Christi.

Infima & abjectissima servitia vel officia libenter exequaris, amore Jesu Christi, qui se humiliavit, & formam servi induit propter te, tibi que triginta tribus annis inservivit. Si Imperatoris filius & totius orbis dominus esses, atque derelicta regni gloria ad pauperis famuli conditionem te abjiceres, serviens Christo in membris suis; tunc merito gauderis; tamquam cui ingens bonum & grandis honor obtigisset.

4.  
Humili-  
tatu est,  
suum ni-  
hil agnos-  
cere, &  
Dei ma-  
gestatem  
venera-  
ri.

Homo verè humilis propriam indignitatem ac vilitatem, suamque nihilum (id est, quòd nihil sit) funditus agnoscit: ut videlicet peccatis suis indignum se fecerit omni gratia & beneficiis Dei, dignum verò atque obnoxium cunctis illis poenis, pressuris & afflictionibus, quæ possent illi à Deo & creaturis omnibus infligi. Quidquid charismatum & bonorum, quidquid gratiæ divinitus adeptus est, se nulla ex parte meruisse consistetur. Itaque & seipsum & omnia Deo omnipotenti ad illius offert honorem, utpote quæ purè ex ejus benignissima misericordia promanarunt. Nec ex aliquo Dei dono vel gratia effertur animo, sive sit

Humili-  
tatu  
omnia  
sua Deo

scientia, sive sapientia, fortitudo, pulchritudo, divitiæ, aut quidvis aliud: sed se omnibus Dei donis credit indignum, eaque non nisi ex mera Dei bonitate sibi collata existimat. Ad hæc omni loco, quem vel sedendo, vel stando, vel jacendo occupat, etiam indignum se fatetur. Nihil enim omnino sibi tribuit, nisi quod ex seipso habet, nempe peccata, & multiplices culpas atque defectus suos. Et licet multum se abjiciat ac humiliet, nihil tamen aut parum sibi fecisse videtur. Sive ergo comedat, sive bibat, sive quidvis aliud agat, locum vilissimum in domo, novissimumque in mensa, & minimam cibi & potus portionem capit atque amplectitur. Breviter in omnibus quæ ipsi necessaria sunt, abjectissimam portionem sibi optat cedere: quodque vel aliis mansit reliquum, vel ab aliis factiditur, ipse lætus suscipit, nec ei nimis parum videtur: imò verò illo ipso se indignum iudicat, & nec meruisse, nec mereri illud à Deo se posse, sentit ex animo. In omnibus absque querimonia, murmure & impatientia vivit. Novit enim de manibus Dei suscipere omnia, sicque de nulla creatura queritur, quantumvis indignè aut injuriosè ab aliis tractetur. Etiam si alii eum perturbarent, expellerent, cæderent, confoderent, & ipsa demum morte afficerent, numquam crederet se affectum iniuria, nec quidquam inde, vel de qualibet alia

accepta  
refert.

Præter  
indoles  
humili-  
tatu, &  
minata  
ac abje-  
ctanda  
præter  
vire in  
militia

FARRA-  
GO URTI-  
LISS. IN-  
STIT.

alia re cuiquam imputaret, atque ita etiam mortem ipsam benigne exciperet. Cuncta namque ( ut dictum est ) de manibus Domini accipit, certus sibi & optima & utilissima esse, quæcumque illo permittente ipsi evenerint. Nihil enim cuiquam præstat Deus, nisi quod ei sit optimum: quod ita certum est, sicut certum est Deum vivere.

5.  
Pacien-  
tia vir-  
tus hu-  
mili-  
um pe-  
culiaris.

Submissa humilitas, est supra omnem perpeffionem innocens patientia, & ultra omnem afflictionem pax spiritus, & omnium adversorum mitis ac mansueta tolerantia. Ipsa nimirum Sancto- rum omnium simplicitas est, & cunctorum bonorum hominum constantia atque stabilitas, virtutumque omnium primum initium.

6.  
Humili-  
tatis de-  
finitio ex  
varis a-  
ctibus ac  
desideriis  
humiliu.

Humilitas vera, est interna quædam & profunda cordis atque animi coram cellissima Dei majestate inclinatio ac demissio. Verè humilis semper sese dejicit & aspernatur, semper submissio- nis abiectionisque amore tenetur. Et quia se per sui cognitionem ex animo contemnit, vult etiam haud dubiè ab aliis contemni ac vilipendi: nam nisi id velit, necdum reverà se despicit, necdum verè humilis est, ut qui necdum abiectionem & contemptum sui amet. Itaque verus humilis, cum per sui cognitionem sese nullo habeat in pretio, sed potiùs floccipendat: etiam dignus sibi ac bene meritis videtur,

quem & mortales omnes despiciant. Sicut enim superbus maximè lætatur, quando præcipuus ei habetur honor: ita qui ex fundo humilis est, ibi potissimum gaudet, ubi maximè deprimitur & contemptui habetur: in hoc enim spiritalis gustus & amor præcipuè abundat,

Verè humilis, Deo, & cunctis apud quos vivit, libenter obedit, quatenus in hoc pacem, virtutemque & suæ proprietatis mortificationem consistere advertit. Mox ubi aliquid ei injungitur, promptus atque paratus est omnibus: & quod agit, non ad placendum hominibus, sed pro sola Dei gloria facit. Quidquid ei præcipitur, totum de manu Domini suscipit reverenter: unde & si fortassis ex se melius aliquod opus inchoasset, citra tamen difficultatem ipsum intermittit, dum ei aliud imperatur. Plus enim ei obedientia in opere parvo, quàm propria voluntas in magno, sapit. Nihil itaque, quamlibet magnum, cum inordinata proprietate agit aut possidet: cum semper illud (Deo & hominibus aliud exigentibus) hilariter dimittere sit paratus. Et profectò vel minimum aliquod opus ex obedientia & resignata voluntate factum, qualecumque illud fuerit, multò melius Deoque acceptius est, alio quamlibet magno opere sine obedientia secundum propriam voluntatem peracto. Gratiore enim Deo obedientia est, quàm victimæ. Dum

7.  
Obedien-  
tia & re-  
signatio,  
silia hu-  
milita-  
tis.

Humilis  
obedien-  
tia meri-  
tum.

FARRA-  
GO UTI-  
LISS. IN  
SYIT.  
I. Reg.  
15.

Disceat  
homo hu-  
mitem  
obedi-  
tiam ex  
cruce Je-  
su Chri-  
sti.  
Phil. 2.

ergo humilis homo Jesu Christi fidelissimi amatoris sui obedientiam perpendit, attendens ut ille Rex regum, & Dominus dominantium, ad mortem usque crucis obediens ac resignatus fuerit, alacriter inclinat se non tantum sub Deo & Superioribus suis, verum etiam sub cunctis hominibus, qui quantum inferiores sunt, tanto sub eis subjectio amplius sapit. Talis nimirum propriam voluntatem, propriumque judicium & sensum in omnibus (quando in hoc virtutem intelligit sitam esse) mortificat & abjicit.

8.

De omni-  
bus vitiis  
tentatio-  
nibusq;  
triumphat  
humili-  
tas.

Sola humilitas apta est cuncta hostium certamina dissipare, & omnia in suos usus inflectere. Si enim humilis quispiam adversa labore valetudine, agit gratias Deo, & de ejus manibus id accipit. Si sit incolumis, etiam gratias agit Deo, & tanto studiosius divinum exequitur cultum ac famulatum. Si contemnat, eundem Deo gratias agit, cogitans id eum permittere, ne se extollat; multoque majore se contemptu dignum esse, quam ab aliquibus possit affici. Si honor ei habeatur, dolet, & indignum se sentit, tantoque amplius se contemnit: vel putat ob suam infirmitatem id Deum permittere, ne plus æquo diffidat.

9.

Humilis,  
sibi seve-  
rus, alius  
benignus  
& indul-  
gens.

Verè humilis erga seipsum astutus & callidus est; ut ea bona quæ habet, tegat & extenuet, ac culpas suas, etiam leves, magnipendat & prodat, quantum in ip-

so est: erga proximos verò benignus & pius est, ut eorum etiam exiguas virtutes magnipendat, & majores culpas extenuet, puta vel intentione, vel infirmitate eos excusando, aut asserendo quòd Deus permiserit salutis eorū causā, quodque ipsæ culpæ magnis eis adjumento quandoque erunt ad seipsos humiliandos, & ad studiosius ferventiusque Deo servendum: vel etiam persuadendo sibi multò gravius se fuisse casurum, si tam acriter esset impugnatus: gratiasque agendo Deo, quòd se à tam infesta tentatione servaverit.

Verus \* humilis semper agnoscit se miserum peccatorem esse, seque nihil habere, nihil posse, & nihil velle boni, absque auxilio & gratiā Dei. Unde & intus cum Publicano clamat: *Deus propitius esto mihi peccatori.* Non vult humilis videri, sed vilis: in rebus prosperis ingemiscit, lætatur in adversis: rerum affluentiam affligitur, plorat in deliciis: cruciatur sublimitate, gaudet penuriā: laudes contemnit temporarias, omnino honore se indignum arbitratur: fugit simulationem, amat veritatem: rerum transitoriarum obliviscitur, æterna concupiscit. Nō solet jactare sese, aut de se præsumere. Gratiam & vires quas habet, non sibi adscribit, sed fatetur humiliter dona cuncta ex Dei benignitate proficisci. Semper latere & nesciri appetit, modò id posset absque proximorum detri-

men-

10.  
Lætat  
in tri-  
buti-  
bus: in  
dignum  
se julii  
car. eli-  
latior.  
Luc. 4.  
\* Verus  
& pius  
humili-  
tatis se-  
ctator  
disceat  
hic va-  
rios  
ctus ex  
corde  
humili  
proce-  
dentes

FARRA-  
GO UTE-  
L. 155. IN-  
STIT.

mento fieri, ne vel tenui jactantia  
aut superbiæ labe aspergatur. Re-  
frenat sensus suos. Continens est  
ac circumspectus in verbis. Om-  
nes homines sincerâ & communi  
quadam dilectione complectitur.  
Denique, cum fundamentum ve-  
ræ humilitatis habeat, cuncta ad  
vitam rectè, sancteque instituen-  
dam necessaria, facillè cum gratia  
Dei invenit ac servat.

§. V.

De consolationibus & desolatio-  
nibus internis.

1. Interna derelictio de manu Dei gratanter est acceptanda.
2. In statu desolationis nullum aliud solatium querendum, quam conformitas cum beneplacito Dei.
3. Dulcedo datur inchoantibus, subtrahitur proficientibus.
4. Vera siquidem devotio non est in illa dulcedine, sed in sancta resignatione.
5. Quantum posse propriæ voluntatis abnegatio in ariditate interna.
6. Petenda potius est conformitas cum voluntate Dei, quam interna dulcedo.
7. Resignatio propriæ voluntatis gratissimum Deo sacrificium est.
8. Sola reddit hominem divini amoris securum.

I. Ariditas  
spiritua-  
lis pro  
Dei amo-  
re tole-  
randa  
cum resi-  
gnatione  
animi.

Si quando sentias naturæ tor-  
sporem, mœstitiam, & grave  
pondus, teque gustu, apperitione,  
& impulsu erga res spirituales  
destitutum, itemque miserum,  
inopem, desolatum, atque sine ul-  
la consolatione relictum esse à  
Deo, & quodam erga quævis tam  
externa quam interna exercitia  
tædio laborare: nihil hinc animo  
consternèris, sed Domini mani-  
bus te permittens ac resignans, il-  
lius ores fieri voluntatem, & quod

ad ejus sit honorem. Crede mihi,  
hæc atra ac tristis nubes prope-  
diem dissipabitur, & lux splen-  
dorque radiantis solis ( qui est  
Dominus noster Jesus Christus )  
majori cum gratia & consolatio-  
ne te perfundet atque illustrabit  
quàm umquam antea, atque hoc  
ipso senties te diligi à Deo, teque  
illi placere.

a Quando nobis Deus præ-  
sentia suæ consolationem sub-  
trahit, adeoque se à nobis elon-  
gat, ac si inter ipsum & nos den-  
sissimus murus interpositus sit;  
quando item nos in angustiis, af-  
flictionibus ac miseriis nostris  
veluti relinquit ( sicut Christus à  
Patre suo relictus fuit ) & perinde  
quasi nos confugientes ad se ne-  
que videre neque audire veller,  
solos certare sinit: tum in ipsa no-  
stra desolatione immobiles per-  
manere, & in nulla mortali crea-  
tura vel negotio solatium quæ-  
rere debemus, nisi illo dumtaxat  
verbo, quod & Christus ipse di-  
xit, *Fiat voluntas tua.* Hoc ver-  
bum & jucundissimum & Deo  
gratissimum est. Beatus qui illud  
ex animo tunc dicere potest.

Sæpè Deus saporem ac dulce-  
dinem spiritualement pro sua pieta-  
te largiri solet, ut hominem ad  
altiora provocet, & in vitæ con-  
tineat integritate. Dum verò is,  
cui illa conferre solebat, in vera  
dilectione proficit, illam dulcedi-  
nis instillationem subtrahit.

a Hæc & affinia ex aliis juvabit Lectorem  
legisse apud R. P. Jeremiam Drexelium He-  
liotropii lib. 5. cap. 12. §. 3.

Ve-

2.  
Nō qua-  
rantur  
tunc hu-  
mana so-  
latia, sed  
conformi-  
tas dum-  
taxat cō  
Christo  
crucifixo,  
& Dei  
volunta-  
te.

Psal. 21.  
Marc. 15

Mat. 26i

3.  
Consola-  
tio datur  
inchoan-  
tibus, ut  
animosè  
pergant.